Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In catenam super Marci et Iohannis evangeliis editam - Cod. Aug. pap. 6

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Cap. VIII

urn:nbn:de:bsz:31-84699

Visual Library

laudare quamvis nollet. Aug9 Sciebat
sciebat eos sicut ille qui noverat habebat. et
presentes et futuras hominum voluntates tanto
magis predicaturos. quanto magis ne pre-
dicarent eis precipiebat. Ut quid hoc pre-
cipiebat nisi quia pigris volebat ostendere
quanto gaudiosius quanto ferventius eum pre-
dicare deberent quibus iubet ut predicent
quando illi qui prohibebantur tacere non poterant
Glosa Ex predicatione autem salvatoris
apostoli crescebat admiratio turbarum et
confessio beneficiorum populi. Unde sequitur Et
eo amplius admirabantur dicentes. Bene
omnia fecit surdos fecit audire et mutos
loqui. Jeronimus angustie autem terrae interpretatur
angustia et significat iudeam cui dominus dicit
Coangustata est stratum a qua transfertur
se ad gentes alias. Sydon venatio in-
terpretatur fera autem indomita nostra natio est
et mare quod fluctuosa volubilitas est.
Inter medias autem fines decapoleos quod
interpretatur decalogi mandata salvator ad
salvandas gentes venit. Genus autem huma-
num per multa membra quasi unus homo va-
ria peste absumptus enecatur. In protho-
plasto. cecatur dum male videt surdus fit
cum audit obmutescit dum loquitur. De-
precantur autem eum ut imponat illi manum quia
incarnatum fore dominum et multi iusti et
patriarche cupiebant et optabant Beda
Vel surdus et mutus est qui nec au-
res habet audiendi verba dei nec os aperit
proloquendis. quales necesse est ut hii qui loqui
iam et audire divina eloquia didicerunt
domino sanandos offerant Jeronimus Seor-
sum autem semper a turbulentis cogitationibus
et actibus inordinatis sermonibus que in-
patrus educitur qui salvari meretur. Digi-
ti autem qui in aures mittuntur verba vel dona
spiritus sunt. De quo dicitur. Digitus dei est
hic. Sputum autem divina sapientia est que
solvit vinculum labiorum humani generis ut
dicat Credo in deum patrem omnipotentem
et reliqua Suspiciens autem in celum inge-
muit i. gemere nos docuit et in celo the-

sauros cordis nostri erigere quia per gemitum
compunctionis intime frivola leticia carnis
purgatur. Aperte sunt autem aures ad ympnos et
cantica et psalmos. Solvit lingwam ut
eructet verbum bonum quod nec minis nec
verberibus cohibere. Sequitur Capitulum viii
In diebus illis etc. Theophilus postquam
dominus superius miraculum de multiplicatione
panum operatus fuisset. nunc item tempore habita
congruenti adiecit simile miraculum operari
Unde dicitur In illis diebus iterum cum turba
multa esset cum Jhesu nec haberent quod man-
ducarent. convocatis discipulis ait illis
Misereor super turbam quia ecce triduo iam
sustinent me nec habent quod manducent
Non enim semper circa alimenta miracula
faciebat ne propter cibum ipsum sequerentur
Et nunc igitur hoc miraculum non fecisset
nisi quia videbat turbas periculum imminere
Unde sequitur Et si dimisero eos ieiunos
in domum suam deficient in via. Quidam enim
ex eis de longe venerunt Beda. Qui autem
triduo sustinent de longe venientes
Matheus plenius dicit sic. Et ascen-
dens in montem sedebat et accesserunt
ad eum turbe multe habentes multos infirmos
et proiecerunt eos ad pedes eius et curavit
eos Theo9 discipuli autem adhuc non in-
telligebant neque credebant eius virtuti propter priora mi-
racula credebant Unde sequitur Et re-
sponderunt ei discipuli eius sic Unde is-
tos poterit quis hic saturare panibus in soli-
tudine. Ipse autem dominus non eos vituperat
ex hoc instruens nos quod non debemus igno-
rantibus et non intelligentibus graviter irasci
sed eorum ignorantie compati Unde sequitur
Et interrogavit eos Quot panes habetis
Qui dixerunt septem Remigius Non
ideo interrogavit quia ignoraret quid ha-
berent. sed ut dum illi responderent septem
quo pauciores essent eo magis miraculum
diffamaretur et notius fieret Sequitur
Et precepit turbe discumbere super terram. In
superiori refectione supra fenum discubuisse
dicitur hic non super terram Sequitur Et acci-

piens septem panes gras agens fregit
In hac q gracias egit nobis reliquit ex
emplum ut de omnibus donis nobis celitus col
latis illi gracias referamus Et notand quia dns
panes non dedit turbe sed discipulis di
scipuli aut dederunt turbis Sequit enim
Et dabat discipulis suis ut apponerent et
apposuerunt Non solum panes sed et
pisciculos benedicens iussit apponi Sequit
enim Et habebant pisciculos paucos et
ipos benedixit et iussit apponi Sequit
Et manducaverunt et saturati sunt Beda
In hac ergo leccione considerandum e in
uno eodem q redemptore nro distincta
operacio divinitatis et humanitatis atq
eutitetis error qui unam tm in xpo operacioz
dogmatizare presumpsit procul a xpianis
finibus expellendus Quis enim non videat
hoc q super turbam misericordia dns affec
tu esse et passionem humane fragilitatis
Quia aut de septem panibus et pisciculis
paucis quatuor milia homi saturavit
divine opus e virtutis Seqt Et sub
stulerunt quod superat de fragmentis
septem sportas Theophilus Turbe comede
tes et saturate no secum tollunt panes
reliquias sed ipas discipuli abstulerunt sic
et superius cophinos Inquo secundum hystoriam
discimus quoniam oportet nos hijs q sufficiunt
ee contentos no querere ultra Deinde nus
manducancium describitur cum dicit Erant
aut qui manducaverant q quatuor milia
et dimisit eos Ubi considerand est q
xpm nemine ieiunum dimittit omnes ei
uult sua gracia enutrire Beda Hic no typi
ce interhanc refeccioz et illam que panum
ac duorum piscium distat q ibi litt veteris
instrumenti spiritualis gracia plena ee signata
est hic aut veritas et gracia novi testamenti
fidelibus ministranda monstrata e Turba aut
triduo dnm sustinet propter sanatos infirmos
ut matheus narrat cum electi in fide sce
trinitatis perpetratis peccatis supplicantes instancia
supplicant uel quia ad dnm se ope locucionis
atq cogitacionis e convertunt Theophilus Vel per
eos qui p triduum expectant signat bap
tizatos Baptismus enim illuminacio dicitur et tri
na submersione perficitur Greg 1o moral
Non vult aut eos ieiunos dimittere ne defi
ciant oportet enim q in predicacione verbi
consolacionis accipiant ne aviditate pabulo
ieiunum remanentes in huius vite labore suc
cumbant Ambros sup lucam Bonus quidem
dns studia exigit vires ministrat non
vult ieiunos dimittere ne deficiant in via
hoc e vel in istius cursu vite vel antequam
ad caput vie perveniant scilicet patrem et intel
ligant q ex patre xpus est ne forte cum
acceperint q natus ex virgine e incipiat
non dei virtutem sed hominis estimare Dividit
ergo escas dns ihus Et ille quidem vult
dare omnibus negat nemini dispensator
enim e omnium Sed cum ille panes frangat
et det discipulis si tu manus no extendas
tuas ut accipias tibi escas deficies in via
nec poteris meum culpam referre qui mi
seretur et dividit Beda Qui vero py
toris flagicia post furta violencias
et homicidia ad penitenciam redeunt ad dnm de
longinquo venerunt Quanto enim quisq plus
in pravo ope erravit tanto ab omnipotente
deo longius recessit et credentes de gen
tibus de longe venerunt ad xpm Iudei
vero de prope qui legis et prophetarum litteris
erant edocti de illo Supra aut de refeccione
que panum turbas super fenum viride dis
cumbebat hic super terram q per scripturam
legis carnis desideria compmere iubemur In
novo aut testamento ipam quoq terram ac
facultates temporales relinquere precipimur Theophilus
Septem aut panes sunt spirituales sermones
Nam septenarius numerus spiritus sancti significa
tivus e qui perficit omnia In septenario enim
nro dierum nostra vita perficitur Ieronimus Vel
septem panes dona sunt spiritus sancti fragmenta
panum mistici intellectus sunt huius septimane
Beda Ut enim dns panes fregit apti
tom designat sacramentorum Ut gracias
egit ostendit quantum de salute humani generis
congaudeat Ut panes discipulis dedit

ut turbe apponerent. Significat quod spiritualia dona sue tribuit apostolis, et per eos ministerium voluit ecclesie sic in te cibaria distribui. Iero. Pisciculi benedicti libri sunt novi testamenti, quia piscis assi partem dominus resurgens postulat. Sed accipimus quorum scriptura novi testamenti fidem, vitam et passiones continet, qui turbulentis huius seculi fluctibus erepti refectionem nobis mentium exemplo suo prebuerunt. Beda. Quod autem turbis saturatis superest, apostoli tollunt, quia altiora perfectionis precepta, que multitudo nequit attingere, ad illos pertinent qui generalem populi dei conversationem transcendunt. Et tamen turba saturata esse memoratur, quia etsi sua relinquere nequeant, nec complere quod de virginibus dicitur, tamen audiendo mandata legis dei ad vitam perveniunt eternam. Iero. Septem autem sporte sunt septem ecclesie. Quatuor milia annus est novi testamenti cum quatuor temporibus. Vel etiam quatuor milia sunt, ut etiam ipso numero doceant evangelico se pastos esse cibario. Theophilus. Vel quatuor milia sunt, id est quatuor virtutibus perfecti, et propter hoc velut fortiores plura comedentes pauciora reliquerunt. In isto enim miraculo septem sporte remanent; in miraculo autem quinque panum duodecim cophini, quia quinque milia erant, id est quinque sensibus servientes. Et propter hoc non poterant comedere, sed paucis contenti multe superabundant reliquie fragmentorum. Et statim ascendens etc. Theophilus. Postquam dominus operatus est miraculum panum, statim mutat locum, ne propter miraculum eum turbe rapiant et faciant regem. Unde sequitur: Et statim ascendens navim cum discipulis suis venit in partes Dalmanutha. Augustinus de consensu evangelistarum. In Mattheo autem legitur quod venit in fines Magedan. Non autem dubitandum est eundem locum esse sub utroque nomine. Nam plerique codices non habent etiam secundum Marcum nisi Magedan. Sequitur: Et exierunt pharisei et ceperunt conquirere cum illo, querentes ab illo signum de celo, temptantes eum. Beda. Pharisei siquidem signum

querunt de celo, ut qui multa hominum milia de paucis de panibus saturavit, nunc in exemplo Moysi manna celitus missa et per omnia passim dispersa populum omnem in multimo tempore reficiat. Ut in evangelio Iohannis querunt dicentes: Quod signum facis ut videamus et credamus tibi? Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est: panem de celis dedit eis manducare. Theophilus. Vel querunt signum de celo, scilicet ut solem et lunam sisteret, grandinem poneret et aerem immutaret. Credebant enim quod de celo signa facere non poterat, sed quod in Belzebub solum poterat facere signa in terra. Beda. Sicut autem supra turbam credentem refecturus gratias agebat, ita nunc ob stultam phariseorum petitionem gemit, quia humane nature circumferens affectum, sicut de hominum salute letatur, ita super eorum dolet erroribus. Unde sequitur: Et ingemiscens spiritu ait: Quid generatio ista querit signum? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum, id est non dabitur, iuxta illud in psalmo: Semel iuravi in sancto meo si David mentiar, id est non mentiar David. Augustinus de consensu evangelistarum. Non autem moveat quod Marcus non dicit responsum esse querentibus signum de celo idem quod Mattheus de Iona, sed ait dominum respondisse: signum non dabitur ei. Intelligendum enim est quale petebant, hoc est de celo. Pretermisit autem dicere de Iona quod Mattheus commemoravit. Theophilus. Ideo autem eos dominus non audit, quia aliud est tempus signorum celestium, scilicet tempus secundi adventus, quando virtutes celorum movebuntur et luna non dabit lumen suum. Tempore autem primi adventus non fiunt talia, sed omnia mansuetudine plena. Beda. Non enim dandum erat celeste signum generationi temptantium dominum. Ceterum generationi querenti domini signum de celo ostendit, qui cernentibus apostolis ascendit in celum. Sequitur: Et dimittens eos ascendit iterum navim et abiit trans fretum. Theophilus. Dimittit quidem dominus phariseos quasi incorrectos nam

ubi spes est correctionis ibi morandum est
ubi vero malum incorrigibile est inde recede-
dum. Sequitur Et obliti sunt panem sumere
et nisi unum panem non habebant secum in navi.
Beda. Mirerat autem aliquis quomodo panes
non habebant qui statim impletis septem spor-
tis ascenderunt in naviculam. Sed scriptura
testatur quod obliti sunt eos secum tollere, quod indi-
cium est quam modicam carnis curam habebant, in
reliquis quibus ipsa reficiendi corporis neccessi-
tas intenta divina comitatu mente excess-
erat. Theophilus Dispensatione etiam panes
sumere discipuli sunt obliti ut reprehensi a
Christo fierent meliores et ad ~~divinam Christi~~ vir-
tutis Christi noticiam pervenirent. Sequitur enim
Et precipiebat eis dicens Videte et ca-
vete a fermento phariseorum et fermento herodis.
Crisostomus Matheus dicit a fermento
phariseorum et saduceorum. Marcus vero pha-
riseorum et herodis. Lucas non solum phariseorum.
Tres ergo phariseos quasi principales Matheus
vero et Marcus sibi secundarios diversi-
ficant. Congrue autem Marcus posuit hero-
dis quasi relictis a Matheo herodianis in sup-
plementum narrationis ipsius. Hoc autem dicens
paulatim inducit discipulos ad sensum et fidem.
Theophilus Fermentum enim phariseorum et herodi-
anorum vocat doctrinam eorum quasi dampno-
sam et incorruptivam et malicia veteri plenam.
Herodiani enim doctores erant qui herodem
Christum esse dicebant. Beda. Vel fermentum
phariseorum est decreta legis divine tradi-
tionibus hominum postponere, legem verbis
predicare et factis impugnare, dominum temp-
tare, doctrine eius atque operibus non credere.
Fermentum autem herodis est adulterium, ho-
micidium, temeritas iurandi, simulatio re-
ligionis et odium in Christum et precursorem eius.
Theophilus Ipsi autem discipuli de fermento
panum dixisse dominum putaverunt. Unde sequitur
Et cogitabant ad alterutrum dicentes Quia
panes non habemus. Hoc autem dicebant quasi
se non intelligentes Christi virtutem quod poterat
panes facere ex non ente. Unde dominus eos
reprehendit. Sequitur enim Quo cognito
Ihesus ait illis Quid cogitatis quia panem
non habetis. Nondum cognoscitis nec in-
telligitis. Adhuc cecatum habetis cor vestrum.
Oculos habentes non videtis et aures habentes
non auditis. Beda. Per occasionem autem precepti
quod salvator iusserat dicens Cavete a fer-
mento phariseorum et a fermento herodis, do-
cet eos quid significent quinque panes et sep-
tem de quibus subdit. Nec recordamini quando
quinque panes fregi in quinque milia et quot co-
phinos fragmentorum plenos sustulistis.
Dicunt ei xii. Quando et septem panes in
quatuor milia, quot sportas fragmentorum
tulistis. Dicunt ei Septem. Et dicebat
eis Quomodo nondum intelligitis. Si enim fer-
mentum predictum traditiones perversas significat,
quare cibi quibus nutritus est populus dei
non veram doctrinam significet. Et ve-
niunt bethsaida. Glosa. Post refecti-
onem turbarum convenienter de illuminatione ceci
subiungit dicens Et veniunt bethsaidam et
adducunt ei cecum et rogabant eum ut illum
tangeret. Beda Scientes quia tactus
domini sicut leprosum mundare, ita etiam cecum
illuminare valeret. Sequitur Et apprehendens
manum ceci eduxit eum extra vicum. Theophilus
Videbatur namque bethsaida multa in fidelitate
fuisse infecta. Unde dominus exprobrat ei
Ve tibi bethsaida quia si in tyro et sy-
done etc. In hac ergo adductum cecum extra
vicum educit. Non enim erat vera adducen-
tium fides. Sequitur Et expuens in oculos
eius impositis manibus suis interrogavit eum
si aliquid videret. Crisostomus Spuit quidem
et manus imponit ceco volens ostendere
quod verbum divinum operacioni adiunctum mirabi-
lia perficit. Manus enim operacionis eius est
ostensiva, sputum vero sermonis ex ore
prolati. Interrogat autem si aliquid videret
quod miraculis sanatis non fecit significans quod propter
imperfectam adducentium fidem ac ipsius ceci
oculos eius non ex toto aperuit. Unde sequitur
Et aspiciens ait Video homines velud ar-
bores ambulantes. Quia enim in infidelitate
adhuc detinebatur obscure se videre ho-
mines declarabat. Beda Formam quidem
corporum inter umbras aspiciens, sed nulla

membrorum l[ege] incarnata visu ad huc caligante discernere valens quales condense arbores a longe spectantibus vel in luce nocturna solent apparere ita ut non facile arbor an homo sit possit discerni. Theophilus. Ideo autem non statim eum perfecte sanat videre sed in parte quia non perfectam fidem habebat. Nam secundum fidem datur medela. Crisostomus. Adducit autem eum abinnitatis sensus reddita in fidei apprehensionem et sic facit eum perfecte videre. Unde sequitur. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius et cepit videre. Et postea restitutus est ita ut videret clare omnia. scilicet sensu saluti et intellectu perfecte curatus. Sequitur. Et misit illum in domum suam dicens vade in domum tuam et si in vicum introieris nemini dixeris. Theophilus. Hoc quidem precepit ei. quia infideles erant et dictum est ne forte ab eis in animo lederetur et ipsi non credentes gravius crimine incurrant. Beda. Vel exemplum suis tribuit ne de hiis que faciunt inutilibus favorem vulgi requirant. Jeronimus. Mistice autem bethsaida domus vallis interpretatur. id est mundus qui est vallis lacrimarum. Adducitur ad dominum cecus. id est qui non videt quid fuit quid est. et quid erit. Rogant illum ut eum tangeret. Alius enim est alium tangere vel quia compungit. Beda. Tangit enim nos dominus cum mentem afflatu sui spiritus illustrat atque ad agnicionem nos proprie infirmitatis provocat. Et ducit eum extra vicum. id est victimatem malorum. Expuit autem in oculos eius ut videat voluntatem domini per flatum spiritus sancti. Impositis autem manibus interrogat eum si videret quia per opera domini videtur maiestas eius. Beda. Vel expuens in oculos ceci imponit manus suas ut videat quia cecitatem humani generis et per invisibilia dona et per sacramenta assumpte humanitatis extersit. Sputum enim quod de capite hominis prodit gratiam spiritus sancti designat. Sed quem uno ictu totum simul curare poterat paulatim curat ut magnitudinem humane cecitatis ostendat que

vix et quasi gradatim ad lucem redeat et gratiam suam nobis indicat per quam singula nobis incrementa adiuvat. Quicumque autem ita longo tempore obscuritate depressus est ut inter bonum et malum discernere nesciat quasi ambulantes homines instar arborum cernit quia facta multitudinis absque luce discretionis videt. Jeronimus. Vel vidit homines velud arbores quia omnes homines existimat se superiores. Iterum autem manus posuit super oculos eius ut videret clare omnia. id est per opera visibilia invisibilia intelligeret. et que oculus non vidit et claro animo sue statum post rubiginem peccati mundi cordis oculo contemplaretur. Et misit in domum suam. id est interiorem suam ut videret in se quod ante non vidit. Non enim putat homo desperans de salute omnino posse quod illuminatus facile perficit. Theophilus. Vel postquam sanavit mittit in domum suam. Nam domus unicuiusque in celo est et mansiones que sunt ibi. Jeronimus. Dicit autem ei. Si in vicum introieris nemini dixeris. id est vicinis temptacionem tuam semper enarra non vituperando. Et ingressus est Jhesus. Theophilus. Postquam eduxit longe iudeos discipulos tunc de se ipso interrogat ut non timentes iudeos respondeant veritatem. Unde dicitur. Et egressus est Jhesus et discipuli eius in castella cesaree philippi. Beda. Philippus iste frater fuit herodis de quo supra diximus qui in honorem tiberii cesaris cesaream philippi que nunc paneas dicitur appellavit. Sequitur. Et in via interrogabat discipulos suos dicens. Quem me dicunt esse homines. Crisostomus. Sciens quidem interrogat quia decebat ut discipuli eius eum melius laudarent quam turbe. Beda. Unde primo hominum sentenciam interrogat discipulorum fidem explorans ne illorum confessio vulgi videretur opinione firmata. Sequitur. Qui responderunt illi dicentes. Alii Johannem baptistam alii heliam alii vero quasi unum de prophetis. Theophilus. A multis namque putabant quod Johannes a mortuis surrexisset sicut et herodes credebat et post resurrectionem sua miracula peregisse. Postquam vero ab eis suscitatum est aliorum suspicione ipsos interrogat quid de hoc in corde

mente consistat. Unde sequitur: Tunc dicit illis: Vos vero quem me esse dicitis? Crisostomus Ideo autem interrogationis modo in maiorem eos reducit sensum ad maius aliquid existimandum de eo, ne cum turbis concordent. Quid vero discipulorum os apostolorum interrogatis omnibus respondeat manifestatur cum subditur: Respondens Petrus ait ei: Tu es Christus. Theophilus Confitetur quidem illum esse Christum a prophetis denuntiatum. Sed quid ad confessionem Petri responderit Dominus et qualiter ipsum beatificaverit, Marcus evangelista pertransit, ne huius narrando Petro suo magistro favere videretur. Matthaeus autem hoc plane pertractat. Crisostomus super Matthaeum Vel quia Marcus et Lucas scripserunt Petrum respondentem: Tu es Christus, non adicientes quod positum est in Matthaeo: Filius Dei vivi, praeterea non scripserunt ad confessionem relatam beatitudinem. Sequitur: Et comminatus est eis ne cui dicerent de illo. Theophilus Volebat enim interim suam gloriam occultare, ne multi scandalizarentur de illo et poenam mererentur maiorem. Crisostomus Vel ut scandalo crucis completo penitus infigat fidem in mente eorum. Post enim passionem postea circa ascensionem dixit eis: Euntes docete omnes gentes. Theophilus Postquam autem Dominus confessionem discipulorum acceptavit, ipsum dicentium Christum Dei, tunc ipsis revelat crucis misterium. Unde sequitur: Et cepit docere eos quoniam oportet filium hominis multa pati et reprobari a senioribus et a summis sacerdotibus et scribis et occidi et post dies tres resurgere. Et palam verbum loquebatur, scilicet de futura passione. Non intelligebant discipuli ordinem veritatis neque resurrectionem comprehendere poterant, sed putabant esse melius quod non pateretur. Crisostomus Praedixerat tamen hoc eis Dominus hac ratione ut ostenderet quod oportet post crucem et resurrectionem Christum a testibus praedicari. Sursus Petrus existens similibus plus de his sumit audaciam disputandi. Unde sequitur: Et apprehendens eum Petrus cepit increpare eum: Domine propitius esto tibi, non hoc non erit. Beda. Hoc autem amantis

affectu et optantis dixit, quasi dicat: Hoc non potest fieri, nec recipiunt aures meae ut Dei filius occidendus sit. Crisostomus Quid est autem hoc quod Petrus qui revelationem patris potitus erat, sic velociter cecidit et instabilis est affectus? Sed dubium non est mirum si hoc ignoravit qui de passione revelationem non acceperat. Quod enim Christus filius Dei vivi esset, per revelationem didicerat; misterium non crucis et resurrectionis non dum ei fuerat revelatum. Ipse vero ostendens quod oportebat eum ad passionem venire, Petrum increpavit. Unde sequitur: Qui conversus et videns discipulos suos comminatus est Petro dicens: Vade retro me, Sathanas. Theophilus Dominus namque volens ostendere quod propter salutem hominum debebat eius passio fieri, et quod Sathanas Christum pati nolebat ut genus non salvaretur humanum, Petrum Sathanam nominavit, eo quod saperet quae sunt Sathanae, nolens Christum pati. Sed adversarius ad Sathanas enim adversarius interpretatur. Crisostomus Daemoni autem ipsum temptanti non ait: Vade post me, sed Petro dixit: Vade retro me, id est sequere me et voluntati meae passionis consilio non resistas. Sequitur: Quoniam non sapis ea quae Dei sunt sed quae hominum. Theophilus Quae hominum sunt dicit Petrum sapere secundum quod affectiones carnales quodammodo sapiebat. Volebat enim Petrus quod sibi Christus parceret requiem et non crucifigeretur. Et convocata turba. Beda Postquam discipulis misterium suae passionis et resurrectionis ostendit, hortatur eos una cum turba ad sui imitationem sive passionis exemplum. Unde dicitur: Et convocata turba cum discipulis suis dixit eis: Si quis vult me sequi, deneget semetipsum. Quasi dicat: Ad bona voco quae quis velle debet, non ad mala et gravia ut coactus. Qui enim infert violenciam frequenter impedit. Qui vero auditorem in libertate dimittit, magis attrahit ipsum. Ille autem abnegat semetipsum qui multa sui corporis curam habet ut sive flagelletur sive alius

pareat, sustineat patienter. Theophylactus. Nam sicut qui abnegat alium, sive fratrem sive filium, vulneretur vel moriatur, non compatitur nec contristatur; sic et nos debemus spernere corpus nostrum, ut si vulneretur, contingat vel aliquid simile pati, non curemus. Chrysostomus. Non autem ait quod non parcat sibi ipsi, sed quod amplius est, idest quod abneget semetipsum, quasi nihil commune ad se habeat, sed periculis se exponat, et ita circa se disponatur ac si alius pateretur; et hoc est sibi ipsi parcere: quoniam parentes tunc liberis suis ignoscunt, cum tradentes eos doctoribus illis iubent non parci. Ostendens autem quousque oportet seipsum abnegare, ostendit cum subdit: et tollat crucem suam. Theophylactus. Crux tunc temporis exprobrabilis videbatur, quia in ea malefici affigebantur. Remigius. Vel aliter. Sicut gubernator peritus tempestatem in tranquillitate praevidens nautas suos vult esse paratos, ita et Dominus dicit: si quis vult post me sequi, deneget semetipsum, idest alter ex altero fiat. Beda. Tunc enim nos ipsos abnegamus, cum vitamus quod per vetustatem fuimus, et adhuc nitimur quod per novitatem vocamur. Crux autem tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Theophylactus. Quia vero post virtutem aliud nos habere oportet, adiecit: et sequatur me. Chrysostomus. Hoc autem dicit, quia contingit aliquem patientem non sequi Christum, cum scilicet aliquis non patitur propter Christum. Sequitur enim Christum qui post eum ambulat, qui morti eius se conformat, principes et potestates contempnens, sub quibus ante Christi adventum peccabat. Sequitur: qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me et propter evangelium, salvam eam faciet. Quasi dicat: haec vobis mando quasi vobis parcens. Etenim qui filio suo parcit, perdit eum; qui vero non parcit, salvat. Oportet ergo nos esse ad mortem continue paratos. Si enim in materialibus proeliis qui paratus est ad mortem, melior est aliis, nullo post mortem eum resuscitare valente, multo magis in spiritualibus proeliis, cum tanta spe resurrectionis existente, quod qui ponit animam suam in mortem, salvam faciet eam. Remigius. Anima autem in hoc loco intelligenda est vita praesens, non autem ipsa substantia animae. Chrysostomus. Quid ergo diceret: Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Ne quis praedictorum hanc et salubrem illam existimet aequalitatem, subiungit: Quid enim proderit homini, si lucretur totum mundum et detrimentum faciat animae suae? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quasi dicat: ne dicas quod animam suam salvavit qui crucis effugit pericula. Cum enim animam suam, idest vitam istam, lucretur aliquis orbem totum, quid amplius erit ei, anima pereunte? Numquid aliam animam habet pro anima dare? Pretium enim pro domo potest aliquis commutare; animam vero perdens, aliam animam dare non potest. Caute autem dicit: aut quam commutationem dabit homo. Deus enim pro nostra salute dedit commutationem pretiosum sanguinem Christi. Beda. Vel hoc dicit quia persecutionis tempore ponenda est anima, pacis autem tempore frangenda sunt desideria terrena; quod significat cum dicit: Quid enim proderit homini etc. Plerumque autem verecundia obstat, ut rectitudinem quam servamus in mente non exprimere valeamus in voce. Et ideo subdit: Qui enim me confessus fuerit et meos sermones in generatione ista adultera et peccatrice, et filius hominis confitebitur eum, cum venerit in gloria patris sui cum angelis suis sanctis. Theophylactus. Non enim est sufficiens fides quae solum in mente consistit, sed et oris confessionem Dominus requirit. Sanctificata enim per fidem anima, debet corpus per confessionem sanctificari. Chrysostomus. Qui autem didicit subiacere se cruci, despicio adhuc quod sine confusione Christum confiteatur. Dicit autem adulteram generationem, quae Deum verum animae sponsum dereliquit et non est secuta Christi doctrinam, sed daemonibus prostrata semina impietatis suscepit; propter quod et peccatrix dicitur. Qui ergo me hos Christi diaconi negavit et verba Dei meo revelata, dignam impietatis poenam suscipiet, audiens in secundo adventu: Non novi vos. Theophylactus. Qui ergo confessus fuerit crucifixum esse suum Deum

et ipse confitebitur illum non hic ubi repu-
tatus est ipse pauper et miser sed in gloria
et cum multitudine angelorum Greg. in om.
Sunt autem nonnulli qui Christum ideo confitentur
quia cunctos christianos esse conspiciunt Non
ergo ad probationem fidei vox sufficit quam
defendit auctoritas confessio generalitatis
Pacis ergo tempore est aliud ubi ostenda-
mur nolite verentes superbe a proximis despecti
dedignamini in nobis ubi tolleravit Et
contingit unquam fortasse ut proximo erubescimus
paucis satisfacere Cor quippe carnale dum
in hac vita gloriam querit humilitatem re-
spuit Theophilus Quia vero de sua gloria
dixerat volens ostendere quod non inania pro-
mittebat subditur Et dicebat illis Amen
dico vobis quia sunt hic quidam de stantibus
qui non gustabunt mortem donec videant
regnum dei venientis in virtute. Ac si dicat
Quidam i. petrus Jacobus et Johannes
non gustabunt mortem donec eis ostendam
in transfiguratione cum qua gloria venturus
sum in secundo adventu Non enim erat aliud
transfiguratio nisi secundi adventus prenunci-
atio in quo et ipse Christus et sancti lucebunt
Beda pia vero promissione factum est ut
contemplatione semper manentis gaudii
ad breve momentum delibata fortius ad-
versa tollerarent Crisostomus Non autem
eorum qui ascensuri erant nomina declaravit
ne reliqui discipuli aliquid paterentur humanum
predicit autem ut dociliores circa hanc contem-
placionem fiant Beda Vel regnum dei presens
ecclesia vocatur aliqui autem ex discipulis us-
que adeo in corpore victuri erant ut ecclesiam
constructam conspicerent et contra mundi glo-
riam erectam Discipulis enim rudibus de
presenti vita aliquid promittendum fuit ut pos-
sent robustius in futuro solidari Crisostomus
Mistice autem vita est Christus mors vero dyabolus
Gustant autem mortem qui peccatis immo-
rantur Adhuc autem omnis homo habens dog-
mata bona aut prava mortis ac vite
panem degustat Et quidem nunquam malo

est videre mortem Maius autem est eam
gustare sed adhuc peius eam sequi. Peius
similiter autem ei supponi. Capitulum x
Et post dies sex Ieronimus
Post confirmationem
futuras gloria resurre-
ctionis ostendit ut
non timerent obprobria
crucis qui oculis suis
visuri erant gloriam
resurrectionis future ponderabant. Et
post dies sex assumpsit ihesus petrum et
Iacobum et Iohannem et duxit illos in mon-
tem excelsum seorsum solos et transfi-
guratus est coram ipsis Crisostomus Ut autem
Lucas dicit post octo dies non contradicit
huic Lucas enim et diem numeravit in quo
Christus predicta locutus fuit et diem in quo
eos assumpsit ut vehementi repleti de-
siderio in horum dierum spatio vigilante et so-
licita mente ea que videbant attenderent Theo-
philus Assumit autem tres discipulos apostolos
petrum tamquam confitentem et diligentem Johannem
tamquam dilectum Jacobum vero tamquam eloquentem et
theologum sustinentem enim erat gravis iudeis
ut et herodes volens iudeis placere ipsum
occideret Crisostomus Non autem in domo
suam gloriam demonstrat sed in montem excel-
sum illos assumpsit quia montis sublimitas
conveniens erat ad glorie sublimitatem osten-
dendam Theophilus Seorsum autem eos ducit
quia debebat eis misteria revelare Trans-
figurationem autem aptet intelligere non figure
inmutationem Sed quia manente ut prius
erat figura appositio facta est quedam in-
enarrabilis claritatis Crisostomus Non ergo
decet aliquam figure transformationem in reg-
no dei esse futuram aut circa ipsum salvatorem
aut circa eos qui ei assimulabuntur sed ap-
positionem claritatis Beda Transfiguratus
igitur salvator non substantiam vere carnis a-
misit sed gloriam future vel sue vel nostre
resurrectionis ostendit qui qualis tunc
apostolis apparuit talis post iudicium cunctis appa-
rebit electis. Sequitur Et vestimenta eius
facta sunt splendencia et candida nimis velud

mus qualia fullo super terram non potest can-
dida facere Gregorius xxxii moralium Quia in su-
prme claritatis culmine ei iure iustitie ful-
gentes adherebunt. Vestitu enim nove iu-
stos quos sibi adiungit insinuat. Sequitur
Et apparuit illis helyas cum moyse et erant
loquentes cum Ihesu Crisostomus Moysen et
helyam in medium introducit primo quidem
quia turbe dicebant Christum helyam. aut
unum prophetarum. Apostolos secum eos ducit ut
differentiam servorum et domini cernerent. et
etiam quia de transgressione legis iudei Christum
accusabant et blasphemum eum putabant.
tamquam sibi gloriam patris attribuentem eos qui
utraque fulserunt in medium ducit. Etenim
moyses legem dedit et helyas glorie dei
zelator fuit. Unde ei non assistent si
deo et legi eius contrarius esset. Et item
ut scirent quia uite potestatem ac mortis habet
propter hoc et moysen qui mortuus erat
et helyam qui non dum mortem passus
fuit in medium introducit. Item per
hoc significavit quod doctrine legis Christi et
prophetarum doctrina pedagogus fuit. Sig-
nificat etiam conventionem veteris et novi testa-
menti. et quomodo in resurrectione cum prophetis apostoli
coniungentur et una erit obviatio regi omnium
Sequitur Et respondens petrus ait ihesu
Rabbi bonum est hic nos hic esse. Et
faciamus hic tria tabernacula tibi unum
et moysi unum et helye unum. Beda Gus-
tantem transfiguratam Christi humanitatis
dulcedinem et societatis sanctorum ad puncti visa
delectat ut eos ne discedant etiam obsessa
petrus sistere velit quanta erit felicitatis vi-
sionem deitatis inter angelorum choros ad
esse perpetuo. Sequitur Non enim sciebat
quid diceret. Et si enim petrus pre stupo-
re humane fragilitatis nesciat quid di-
cat iusta tamen sibi dat affectus indicium
Nesciebat enim quid diceret quia oblitus
est regnum sanctis a domino non alicubi terrarum
sed in celis esse promissum nec recorda-
tus est se suosque apostolos mortali adhuc
carne circumceptos in mortalis uite statum
subire non posse. Cui etiam mente ex
cesserat quod in domo patris que in celis

est domus manu facta necessaria non sit. sed
et ubi fuerit inspiciendum notatur quod sanctus legi
et prophetis et eiusdem tria tabernacula facere
cupit cum hec ab invicem nullatenus valeant
separari Crisostomus Non etiam intellexit pe-
trus quod ad demonstrationem vere [illegible] glorie
transfiguratio domini est operatus neque quod moyses
aliud non erat in corpore neque quod pro doctrina
hominum hoc faciebat Nam plurimi erant
credituri multitudine in heremo habitantes
Sequitur Erant enim timore exterriti. Erat
autem hic timor secundum quem degunt mente et
statum elevabant meliorem Quod enim in
corporibus videbatur moyses et helyas erat
inducebatur autem anima ad quendam divine ef-
fectum qui ex divina visione ab humanis sensibus
abstracta Theophilus Vel aliter Petrus
timens a monte descendere quia iam primus
erat quod Christus crucifigi debebat dixit.
Bonum est nos hic esse et non illuc descendere
in medium scilicet iudeorum Si autem huc ve-
nient furentes contra se habemus moy-
sen qui egiptios debellavit. habemusque etiam
helyam qui ignem eduxit de celo et qui
quinquagenarios destruxit Origenes super sit
Marcus autem ex persona sua dicit. Non
enim sciebat quid diceret. Ubi considerandum
ne forte pro excessum mentis hec loquebatur
motus quodam spiritu alieno Ne forte scilicet
ille spiritus qui voluit quantum ad se Christum
scandalizare ut recederet a passione omnibus
hominibus salutari. ipse operatus etiam hic
seductorie uult euellere Christum sub colore
boni ut non condescendat hominibus nec
veniant ad eos nec suscipiant mortem
pro eis Beda Quia vero petrus materiale
quesivit tabernaculum nubis accepit um-
braculum ut discat in resurrectione non
tegmine domorum sed spiritus sancti gloria eos
esse protegendos Unde sequitur Et facta
est nubes obumbrans eos Quia vero in-
prudenter interrogaverunt propterea responsionem
domini meruerunt sed pater respondet pro filio.
Unde sequitur Et venit vox de nube
dicens hic est filius meus carissimus au-
dite illum Crisostomus A nube quidem vox emittitur
in qua deus apparere consuevit. ut crederent